

ret, ut quidam minus dignè senserunt; omnimodam enim fidem dicit Angeli præbuit, dum dixit: Ecce ancilla Domini, &c. & de firmitate fidei laudatur ab Elisabeth: Beata, quæ credidisti, quoniam dicitur ea, quæ dicta sunt tibi ab Angelo. Neque dicas, non dubitasse de sua, sed de Elisabeth impregnatione; quæ enim majus, & difficilius credit, de minori, & faciliori non dubitat.

Suscipit ergo hanc peregrinationem B. Virgo ex speciali instinctu Spiritus S. qui ea mediante volebat replere sua gratia Elisabeth, & Joannem in ejus utero, ac utrique revelare mysterium Incarnationis: quamvis istos fines fortè tunc ignoraret B. Virgo, sed solo animo obediendi divino instinctui hoc iter suscepit.

Dico 2. S. Joseph non est comitatus B. Virginis in hoc itinere. Prob. Joseph post reditum B. Virginis ignorabat adhuc mysterium divinæ ejus fecunditatis, & ideo videns ejus uterum intumescens volebat illum dimittere; atqui illud probè novisset, si comes vix prodigia, quæ patrata sunt in domo Zacharie, vidisset, & audivisset Elisabeth exclamantem: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini ad me? Ergo. Vel igitur B. Virgo sola perfecit hanc peregrinationem propter secretum mysterii, vel solam adhibuit gravem aliquam matronam, proit honestas postulare videbatur.

Quæ sit autem illa Civitas Judæ, ad quam accessit B. Virgo salutatam Elisabeth, non certò scitur, cum Scriptura dicat dumtaxat eam ivisse in Civitatem Judæ. Verisimile est tamen, fuisse Caritharhe, quæ Hebron, seu Chebron dicta est: quia Civitas, in qua habitabat Zacharias Sacerdos, erat Sacerdotalis, & in monte Juda; nulla autem alia Civitas in monte Juda fuit Sacerdotalis, quam Hebron. Hæc autem distat a Nazareth 26. leucis circiter.

Dico 3. Exultatio, seu motus Joannis in utero matris fuit sus-

pernaturalis, & non corporis tantum, sed etiam animi. Prob. 1. ex prædicatione Angeli ad Zachariam, Luc. 1. v. 15. Spiritus S. replebitur adhuc ex utero matris sue. Quod non alio tempore fingi potest completum, quàm cum ad adventum Domini exultavit in utero matris. 2. Ex his verbis Elisabeth ibid. v. 44. Exultavit in gaudio infans in utero meo. Non tunc in gaudio matris, ut quidam fingunt, sed in gaudio suo, ut appetitè innuit Lucas his verbis ibid. Ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exultavit infans in utero ejus, & repleta est Spiritu sancto Elisabeth. Super quæ verba Ambros. l. 2. in Luc. dicit: Exultavit infans. Repleta est mater: non prius repleta Mater, quàm filius; sed cum filius esset repletus Spiritu sancto, replevit & matrem. Et Aug. Ep. olim 57. ad Dardanum, nunc 187. Joannes, inquit, nondum in hac editus lucem, tamèn exultavit in gaudio; quod utique nisi operatione Spiritus sancti fieri posse, quis credat?

Ex his colliges 1. usum rationis tunc acceleratum fuisse in Joanne: quale enim gaudium absquè usu rationis illi esse potuisset? An autem fuerit instantaneus, an continuatus, non ita constat. Fuisse continuatum, saltem quoad intelligentiam mysteriorum, tradunt Origenes, & Ambrosius, primus hom. 9. in Luc. secundus l. 2. in Luc. ubi scribunt, Mariam mansisse tres menses apud Elisabeth, ut ex ejus præsentia proficeret Joannes; nullus autem profectus absquè usu rationis. Item Orig. hom. 10. in Luc. & Ambros. loco cit. dicunt, Joannem recens natum intellexisse Canticum Zachariæ. Potuit, inquit Ambros. vocem Patris natum audire, qui Mariæ salutationem, antequàm nasceretur, audivit.

Colliges 2. Fuisse sanctificatum in utero, cum ibi fuerit repletus Spiritu S. siquæ mundatum a peccato originali, quocum subsistere non potest sanctificatio. Nec obstat, quod nemo possit renasci, nisi prius fuerit natus: id namquæ verum est dumtaxat de regeneratione communi, quæ fit per Baptismum; non de regeneratione, quæ fit miraculosè occulta Dei virtute.



DISSERTATIO III.

DE NATIVITATE CHRISTI.

Div. Thom. Quæst. 35.

ARTICULUS I.

De Nativitate Christi, secundum se considerata.

Pura hic occurrunt expendenda. 1. utrùm tribuendæ sint Christo duæ natiuitates? 2. utrùm pariter tribuendæ sint duæ filiationes? 3. utrùm B. Virgo sit vera, & naturalis Mater Christi? 4. utrùm possit, & debeat dici Mater Dei? 5. utrùm peperit sine dolore?

Dico 1. (Q. 45. art. 2. o.) Tribuendæ sunt Christo duæ natiuitates. Quia natiuitas, & omnis generatio comparatur ad naturam, sicut motus ad terminum; & motus diversificatur secundum diversitatem terminorum; atqui in Christo sunt duæ nature, divina scilicet, & humana: ergo illi tribuendæ sunt duæ natiuitates; una quæ æternaliter natus est ex Patre, altera qua temporaliter natus est ex Matre. Atque ita canit Ecclesia in Symbolo S. Athanasii: Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus; & homo est ex substantia Matris in sæculo natus. Sicque definit V. Synodus can. 2. his verbis. Si quis non confitetur, Dei Verbi esse duas Natiuitates, &c. anathema sit.

Hinc inferes, Christum posse dici bis natum. Neque refert, quod prima natiuitas non fuerit interrupta, neque quod secunda non sit ejusdem speciei cum prima; nem proverbum Bis non requirit interruptionem temporis: unde, qui ab uno Episcopatu transit in alium, dicitur bis Episcopus, etiamsi nulla fuerit interruptio. Item Beatus, qui rem intelligit visione beatifica, & cognitione naturali, dicitur bis intelligere, quamvis nulla sit intellectus interruptio. Neque etiam proverbum Bis requirit actus ejusdem omnino speciei, sed sufficienter duo actus, qui in aliqua communi ratione analogæ conveniunt: unde, quamvis generatio, & resurrectio differant, aramèn homo resurgens dicitur bis productus.

Dico 2. (Ib. art. 2. o.) Sunt in Christo duæ filiationes, sicut sunt duæ Natiuitates, una æterna, altera temporalis; cum hoc discrimine, quod relatio filiationis temporalis in Christo non sit realis; sed rationis tantum. Quod prob. (Ibid.) Subjectum in hæzationis filiationis non est natura sola, sed totum compositum ex natura, & substantia, seu suppositum, & persona; non enim dicimus, quod natura sit filia, sed quod subsistens sit filius; atqui in Christo est unicum suppositum, idque divinum,

quod non potest esse subjectum in hæzationis accidentis realis: ergo. Neque tamen id obstat, quin Christus sit verus, & realis filius B. Virginis, quia ad hoc sufficit relatio realis in matre ad ipsum. Sicut, licet non sit relatio realis Domini in Deo, sed rationis tantum; est tamen verè, & realiter Dominus ex reali relatione subjectionis creaturarum ad ipsum.

Dico 3. (Ibid. art. 3. o.) B. Virgo est vera, & realis Mater Christi; quia totum præstitit in conceptione Christi, quod solent præstare alie matres, subministravit scilicet materiam aptam conceptui, ut dixi supra.

Si dicas, in ea non fuisse resolutionem seminis femineæ, sicut in aliis matribus. R. (Ibid. ad 3.) resolutionem seminis femineæ non requirit ad conceptionem tamquam quid necessarium, sed tamquam quid utile tantum, & ut melius, ac perfectius fiat conceptio, quod a Deo potuit supplari per virtutem Spiritus S. absquè detrimento maternitatis in B. Virgine. Unde Joann. 2. vocatur Mater Jesu, Luc. 1. Mater Domini, & sic alibi.

Dico 4. (Ibid. art. 4. o.) B. Virgo verè, & propriè potest, & debet dici Mater Dei. Est de fide decisa in Conc. Ephesino contra Nestorium; deinde in Conc. Chalcedon. Act. 8. & in aliis.

Prob. (Ibid.) Ex eo molier dicitur mater alicujus, quod eum conceperit, & genuerit; atqui B. Virgo verum Deum concepit, & genuit: ergo. Prob. Min. Juxta Scripturam Christus est Deus ex B. Virgine conceptus, & genitus. Luc. 1. Quod nasceretur ex te, vocabitur (id est, verè erit, & celebrabitur) Filius Dei. Ecce paulò ante Angelus nuntiat Mariæ, quod is, quem concipiet, & pariet, vocabitur Altissimi Filius: ergo. Prob. 2. ead. Min. Concipi, & generari tribuitur personæ, & ad eam terminatur; non enim dicimus naturam concipi, aut nasci, sed personam; atqui in Christo est unica persona, eaque divina, ad quam in primo instanti conceptionis assumpta est natura humana in utero Virginis: ergo B. Virgo verè concepit, & genuit Personam divinam, seu Deum, nimirum in natura humana.

Obj. Actio B. Virginis terminata est ad naturam humanam, priusquam assumeretur a Verbo: prius enim est esse, quàm uniri: ergo non potest dici Mater Dei nisi improprè, id est, Mater illius, qui postea factus est Deus R. D. Ant. Actio B. Virginis terminata est ad humanam naturam, priusquam uniretur Verbo, prioritate nature, C. prioritate temporis, N. In

eodem enim instanti reali conceptionis in utero B. Virginis Verbum univit sibi hypostaticè humanitatem ex B. Virgine assumptam, sicutque fuit illius conceptionis, & generationis terminus, Quapropter non est improprè Mater Dei, sive ad sensum Nestoriorum, eo quod genuerit hominem, in quo postea Deus per gratiam habitaret ut in Templo; sive eo sensu, quo mulier dicitur mater Episcopi, quia genuit eum, qui postea Episcopus factus est; sed verè, & propriè, quatenus ejus actio generativa terminata est ad Personam divinam.

Inst. Divinitas non est assumpta ex B. Virgine: ergo non est Mater Dei. R. N. Conseq. Ut enim mulier sit, & dicatur mater alicujus, non est necesse, ut ex se conferat totum, quod patet in composito, sed sufficit, quod ex ea assumatur corpus, ut patet in homine, cujus anima non est ex matre, quæ tamen dicitur mater hominis: in Christo autem corpus est assumptum ex B. Virgine.

Urgetur: B. Virgo nec est, nec dici potest Mater Verbi divini: ergo nec Filii Dei. R. omisso Antec. B. Virgine assumptam, quod ad Verbum formaliter significat terminum generationis æternæ per divinum intellectum. At tò Filius significat indifferentè terminum generationis, sive æternæ, sive temporaliæ. Omnis Ant. quia multi promiscuè, & sensu catholico, intelligendo scilicet materialitèr, quod sit Mater illius, qui est Verbum Patris.

Insistes Mater debet esse consubstantialis suo filio; atqui B. Virgo non est consubstantialis Christo: ergo. R. D. Maj. Mater debet esse consubstantialis filio ex parte, C. Maj. ex toto, N. Maj. ad cujus sensum distincta Min. N. Conseq. Hujus quidem exemplum non habemus in natura; quia mysterium, est singulare; & si exemplo constaret, singulare non foret, ut ait Aug. Epist. 2. ad Volusianum.

Inferes: ergo. B. Virgo poterit dici causa Dei; quod non admittitur. R. N. Illat. quia tò Causa magis latè patet, quàm tò Mater: esse enim causa significat generalem causalitatem totius illius, respectu cujus dicitur: esse autem mater significat peculiarem modum causalitatis, scilicet per generationem.

Dico 5. (Ibid. art. 6. o.) B. Virgo peperit absquè dolore. Quia dolor patientis causatur ex apertione meatuum, per quos proles egreditur: Christus autem, ut dixi supra, egressus est ex utero clauso Matris. Deinde decebat, ut quæ sine libidine conceperat, sine dolore pareret: adeoque nervi umbilicarum, quo focus utero matris coheret, sectio absquè sensu matris Deo operante facta creditur. Neque (Ibid.) tantum sine dolore, sed cum ingenti juvenitate, & lætitia peperit B. Virgo, juxta illud Isa. 35. Germians germinabit, & exultabit lætibus, & laudans. Attamen ut servetur partus proprietas, dicendum est, quod B. Virgo actione, & impulsu quodam emisit foetum per partes genitales, absquè tamen violentia, & labore. Itæ censent Hieron. contr. Helvid. c. 9. & Epiphani. l. 3. contr. Hæreses, atque sic canit Ecclesia: Entia est puerpera.

Hinc inferes, nullam illi fuisse obstetricem, quæ patienti operaret: Nulla ibi obstetrix, inquit Hieron. cit. nulla muliercularum sedulitas intercessit: ipsa panis involvit infantem, ipsa & Mater, & obstetrix fuit. Hinc ridendi sunt pictores, qui Virgini parienti obstetricem affingunt, ei decumbenti ac quasi inhamæ subsidia præbentem.

Utrùm verò fuerint sordes in hoc puerperio, sicut in aliis puerperiis? Negare videntur plures SS. Patres. Aug. Orat. de 5. Heresibus cap. 5. ubi loquens contra Manicheum, qui volebat Filium Dei dici Filium hominis, a quo ipsum inter alia deterrebant humanæ natiuitatis sordes, dicit: Stulte, unde sordes in Virgine Matre, ubi non est concubitus cum homine patre? Undè sordes in ea, quæ nec concipiendo libidinem, nec pariendo per pessa est laborem? Undè sordes in domo, ad quam nullus habitator accessit? S. Fulgentius Sermon. de Laud. B. Virginis loquens de Concept. Christi: O, inquit, conjunctio sine sordibus facta. Hoc splendore concipitur Dei Filius, hac munditia generatur. Bern. Ser. 3. de Purif. inducit B. Virginem sine loquentem: Quid mihi operis purificatione? Nihil in hoc conceptu, nihil in partu impurum, nihil illicitum, nihil purgandum... Quid in me legalis purificæ observatio, quæ purissima facta sum in ipso partu immaculato. Si dicas, ibi agi de purificatione ab immunditia legali, verum est: sed immunditia legalis oriebatur ex immunditia naturali puerperarum. Pro eadem sententia citatur Epiph. l. 3. contr. Hæres. circa finem. Ideiphons. l. de perpetua Virgine. denique Hieronym. c. 2. contr. Helvid. ubi dicit: Polluatur cruore puerpera, obstetrices suscipiant parvulum vagientem, Maritus lassum tenet suorem: sic incipiunt nuptiæ, ne Evangelista mentitus sit, sed absit, ut hoc de Matre Salvatoris, & vitro justo sit existimandum. Undè, quod obijcit ex eodem Hieron. c. 9. ejusd. libr. dicitur est per transitionem, quasi diceret, esto ita sit, non idè erubesceremus, qui cracem ignominiosam sustinuisse confitemur.

Non desunt tamèn Theologi, & Interpretes, Tostatus, Christianus Lupus, Serrius, qui contrarium opinentur; hoc nixi fundamento, quod cum Christus per omnia nobis similis factus sit, atque humanæ nature sordes, & contumelias totò decursu vitæ non hornerit, illas nascendo hortuisse non sit putandus.

Ad SS. Patres respondent, eos esse intelligendos de sordibus animi, non corporis. Verum non ita faciliè hanc solutionem accommodabis quibusdam textibus citatis, ut legenti patet.

ARTICULUS II.

De Circumstantiis Natiuitatis Christi.

§. I. De Loco Christi nascentis.

Tria hic quærimus. 1. utrùm Christus sit natus in Bethlehem? 2. utrùm in ipsa Civitate Bethlehem, an in ejus Suburbio? 3. utrùm Christo nascenti bos, & asinus adfuerint?

Dico 1. (Ibid. art. 7. o.) Juxta Evangelistas, Math. 2. & Luc. 2. Christus natus est in Bethlehem Civitate Judæ, seu Tribus Judæ. Exprimunt civitatem Judæ, ut distinguatur ab altera Bethlehem Tribus Zabulon.

Vult autem Christus nasci in Bethlehem, in qua natus est David. 1. Ut ostenderet se esse ex ejus semine, & promissionem ipsi factam esse impletam, quod designat Evangelista, dicens: Et quod esset de domo, & familia David. 2. Quia ut Greg. dicit homil. 8. in Evang. Bethlehem domus panis interpretatur: ipsa autem est, qui ait: Ego sum panis vivus, qui de celo descendi, sicque adimpletum est, quod prædixerat Michæas 5. Et tu Bethlehem Ephrata parvulus es in millibus Juda: ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israël. Vocat Propheta Bethlehem Ephrata, quia sic antiquitus vocabatur, Gen. 35. & 48.

At fortè qui movebitur, quod Matthæus 2. referens illam Prophetiam scribat: Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda, &c. cum tamen Propheta vocet eam parvulam in millibus Juda: quæ videntur contraria. Respondet Hieron. Matthæum Prophetiam hanc non retulisse ex se, sed prout reddita fuerat a Principibus Sacerdotum, & Scribis Herodi interroganti, ubi Christus nasceretur; eamque vitiationem noluisse corrigere, ut omnibus innotesceret, quanta tunc esset in Sacerdotibus, & Scribis Scripturarum ignorantia. Qui, vero existimant, Matthæum retulisse Prophetiam proprio nomine, dicunt, hæc verba Prophetæ, Parvulus es in millibus Juda non esse dicta a Michæa affirmando, sed interrogando: quasi diceret Propheta: Tunc Parvula es in millibus Juda? Nec mirum, quod id non exprimat in Scriptura, quia Hebræi interrogationis puncta scribendo non habent: unde Matthæus dicendo, Nequaquam minima es in Principibus Juda, expressit sensum germanum Prophetæ.

Dico 2. Probabile est, Christum natum esse in suburbio Bethlehem, in spelunca diversorio conjuncta, brutis animantibus destinata. Colligitur. 1. Lucas 2. narrat Pastores custodientes vigiliis noctis super gregem suum, seu sub diò cum grege cubantes, venisse adoratum Dominum: non autem habuissent ficilem aditum de nocte intra civitatem, probabiliter muris circumseptam; nec faciliè in civitate puerulum natum invenissent. 2. Quia Herodes jussit occidi omnes infantes, non solum in civitate natos, sed in omnibus finibus ejus, hæc scilicet de causa, quod Bethlehem nomine sciret intelligi, non solum ipsam civitatem, sed etiam ejus suburbia. Cæterum ita censent Euseb. qui l. 7. demonstr. Evan. c. 2. dicit, Agrum juxta Bethlehem demonstrari, ubi Virgo enixa Infantem deposuit: & Justinus in Dial. cum Tryph. qui dicit, speluncam, in qua natus est Jesus, esse juxta Bethlehem positam.

Dixi: in spelunca, diversorio conjuncta, brutis animantibus destinata, seu stabulo. Itæ constat ex Luc. 2. dicente: Reclinavit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diversorio. Erat autem verisimiliter illa spelunca in terra, vel rupe excisa, ut moris erat in illis partibus. Et ideo Hieron. Epist. 27. vocat parvulum terra foramen. Euseb. l. 5. de vita Constant. vocat antrum, & Venerab. Beda. l. de locis sanctis. c. 8. temiantrum.

Dico 3. Christo nascenti adfuisse bovem, & asinum, antiqua Traditio est apud Hieron. Epist. 27. Greg. Nazian. Orat. 48. de Nativ. Christi, Greg. Nyss. de Christi generatione, Paulinum ad Severian. Epist. 11. Cyrillum Catechesi 12. Aug. contra Judæos c. 13. &c. Hi nempe hanc sententiam Isa. 1. cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepium Domini sui, quæ sensu literali intellecta exprobrat populo Judaico ingratitude suam erga Dominum præ bobus, & asinis, qui grati sunt dominis suis, sensu accommodatitio applicat bovi, & asino, qui Christo recens nato in præsepio Bethleemico astiterunt, eunquæ sive naturali, sive miraculosa aliqua reverentia agnoverunt, & adoraverunt. Idem de hac altera sententia Prophetæ Habacuc c. 3. secundum 70. In medio duorum animalium cognoscetis; quæ

quæ licet per duo animalia significet Cyrum, & Darium, qui ab Isaja duobus animalibus, scilicet asino, & camelo, assimilantur; allegoricè tamen Patres variè intelligunt, modò de duobus Testamentis, modò de duobus latronibus, modò de Christo recens nato in præsepio posito inter bovem, & asinum, & a Pastoribus agnito. Atque hanc Traditionem recipit Ecclesia; quia in officio Nativitatis Respons. 4. canit: O Magnum mysterium, & admirabile Sacramentum, ut animalia viderent Dominum natum jacentem in præsepio! Et Resp. 6. Festi Circumcisionis: In medio duorum animalium jacebat in præsepio, & fulgebat in celo.

Scio, quosdam Recentiores, inter quos noster Serrius, habere Traditionem pro fabula, hæc potissimum ratione, quod Lucas, qui Christi Nativitatem accuratè describit, nihil de bove, & asino scribat, & Angelus, qui Pastoribus signa recens nati Salvatoris dedit, non dixit in medio duorum animalium esse positum. At hæc sunt argumenta negativa, quæ non satis evincunt contra Traditionem, auctoritate Patrum, & usu Ecclesie firmatam. Insuper & Lucas describendo Christi Nativitatem, & Angelus eam nuntians Pastoribus, sufficienter indicaverunt locum Christi nascentis, dicendo ipsum jacere in præsepio: nec erat necesse commemorare omnia, quæ solent esse in præsepis, fœnum, paleas, & alia hujusmodi.

Ad SS. Patres, qui scribunt, bovem, & asinum cognovisse possessorem suum, & præsepè Domini sui, respondent allegoricè, & figuratè locutos fuisse, coque bovis, & asini subjugatum animalium symbolo Pastores genere, & Religione Judæos, ferendo Moisaicæ Legis oneri assuetos, intellexisse, qui ex dato sibi signo ab Angelo natum Salvatorem in præsepio cognoverunt, & adoraverunt; vel ut alii volunt, intellexisse Magos, & Pastores, Gentiles, & Judæos.

Verùm nulla figura apparet in his, quæ cantat Ecclesia, neque in his, quæ plures ex laudatis Patribus dicunt. Sic Hieron. Epist. 27. de Paula dicit: Indè Bethlehèm ingressa, in specum Salvatoris introiens, postquam vidit sacrum Virginis diversorium, & stabulum, in quo agnovit bos possessorem suum, & asinus præsepè Domini sui, &c. Neque specus, neque diversorium, neque stabulum hic ponitur figuratè: ergo neque bos, & asinus. Item Greg. Nazian. Or. 38. de Nativ. Cognosce, inquit, ut bos possessorem suum, & cum asino præsepè Domini sui, cum stella curra, cum Magis adora, cum Angelis tripudica. Nunquid verè, & litteraliter stella præcessit? Magi adoraverunt? Angeli letantes gaudium magnum nuntiaverunt? Ergo verè, & litteraliter bos, & asinus Christo nascenti adfuerunt.

Deniquè, cum natus sit Christus in spelunca brutis animalibus destinata, ut omnes conveniunt nihil miri aut absurdum, quin potius convenienter est, si dicatur ibi reperta fuisse quædam animalia.

§. II. De Tempore Christi nascentis.

Tria hic expendenda occurrunt: 1. quo anno a creatione mundi Christus natus sit? quo mense, & qua die mensis? 2. qua hora diei?

Dico 1. Secundum communem nunc sententiam, computan-

DISSERTATIO IV.

DE MANIFESTATIONE CHRISTI NATI.

D. Thom. Q. 26.

ARTICULUS I.

Utrum Manifestatio Christi nati convenienter facta fuerit?

Quæ hæc q. 36. docet S. Thom. pro majori parte sequentibus conclusionibus breviter perstringo. Undè dico 1. (Q. 36. art. 1. o.) Non debuit Nativitas Christi communiter, & promiscuè omnibus manifestari; quia, si fuisset omnibus manifestata per signa exteriora cum ostensione signati, adjuncto lumine interiori fidei, sicut fuit manifestata Pastoribus, Magis, Simeoni, & Annæ, Christus non habuisset persecutores & crucifixores, juxta illud 1. Cor. 2. Si cognovissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent: inde impedita fuisset Redemptio generis humani, quæ per crucem peracta est.

Dico 2. (Ibid. art. 2. o.) Debuit tamen aliquibus manifestari Nativitas Christi. Tum quia nulli profuisset, si omnibus fuisset occulta; juxta illud Eccl. 20. Sapientia absconsa, & thesaurus innotis: quæ utilitas in utriusque? Tum quia ordo divine sapientie est, ut ejus dona & opera non maneat penitus occulta; neque tamen omnibus æqualiter innotescant, sed quibusdam

do sex mundi ætates juxta textum Hebræicum, & Vulgatam Editionem, natus est Christus anno circiter 4000. a creatione mundi.

Hic annus (Quest. 35. art. 8. o.) erat 41. Imperii Augusti Cæsaris, sub quo uno Principe vivebat Orbis universus, & profunda pace fruebatur. Porò congruebat, eo tempore nasci Christum, qui est pax nostra faciens utraque unum, ut dicitur Ephes. 2. & qui venerat congregare suos in unum, ut esset unum ovile, & unus Pastor, Joann. 10. Dicitur computando juxta Textum Hebræicum, & vulgatam Editionem: quia computando juxta Versionem 70. longe major est annorum numerus. Sed vitiatum in hoc communiter creditur Editio 70. quamvis, undè vitiatum proveniret, incertum sit. Atque hinc factum est, quod Martyrologium Romanum, quod editum fuit tempore, quo Ecclesia communiter utebatur Editione 70. numeret a creatione mundi ad Christum natum annos 5199. quamvis & hic numerus nondum attingat numerum 70. Verùm Ecclesia ad hæc ut potè leviora accuratius disquirenda Majestatem suam non dimittit, inquit Cano; sed calculo Chronologorum relinquit.

Dico 2. Universa Ecclesia, tam Græca, quam Latina, ex constanti Majorum Traditione tenet, Christum esse natum 25. Decembris. Improbanda est itaque opinio Ecclesiarum Ægypti, quæ existant Christum esse natum 6. Januarii, & ideo hæc die quatuor mysteria celebrant, scilicet Nativitatis Christi, Epiphaniæ, Baptismi Christi, & primi ejus miraculi in Cana Galilææ, utpote contrariam Traditioni universæ Ecclesie; & quam aliunde ut minus fundatam impugnat Hieron. in c. 1. Ezechiel.

Dices cum quibusdam Heterodoxis, quorum alii 20. Aprilis, alii 20. Maii, Christum esse natum volunt, verisimile non esse Christum esse natum media hieme; habetur enim Luc. 2. Christo nascente Pastores custodivisse vigiliis noctis super gregem suum, id est, sub diò cubantes; id autem fieri non potuit media hieme: ergo R. N. assumptum. Palestinæ enim sicut alie orientales, & australes plagæ sunt temperatissimæ, in quibus etiam media hieme greges sub diò pernoctant, & Pastores juxta accubant.

Dico 3. Natus est Christus media nocte. Quò sit natus de nocte, colligitur ex Luca; qui narrata Christi Nativitate immediate subjungit: Pastores erant in eadem regione vigilantes, & custodientes vigilas noctis super gregem suum. Quod media nocte, constat partim ex antiquissima Ecclesie praxi, quæ a primis sæculis ideo hæc die sua Officia celebrat media nocte; partim ex illo Sap. c. 18. Cum quietum silentium teneret omnia, & non in suo cursu medium iter haberet, omnipotens verbum tuum a regibus sedibus duris debellator in mediam exterminavit terram prosilivit; quod dictum de Christi Nativ. multi Patres interpretantur.

Petes, utrum a Virgine pariente abfuerit S. Joseph? R. verbis S. Petri Damiani Serm. 62. Adest & Joseph, sed ab utroque remotus, & in excessu mentis miratur, & mirari satis non potest, qualiter sit ad tantæ dignitatis admittitur arcum. Rectè quidem: non enim verisimile est, quod quidam commissentur, sanctissimum Sponsum media nocte abfuisse domo, & Sponsam partu proximam dereliquisse.

præordinatis, & per eos ad alios perveniant. (Ibid. ad 1.) Tum deniquè, quia tolleretur fides, si nulli cognitum fuisset istud mysterium, a quo ab aliis posset audiri; fides enim ex auditu, Rom. 10. Neque sufficiens fuisset Josephi, & Mariæ testimonium, quia, cum esset domesticum, fuisset suspectum.

Dico 3. (Ibid. ad 3. o.) Convenienter fuerunt electi illi, quibus Christi Nativitas est manifesta, nempe Pastores, Magi, Simeon, & Anna. Quia, cum Christus esset Salvator omnium, ejus Nativitas convenientissimè omnibus hominum conditionibus est manifestata, scilicet Pastoribus, qui erant Judæi, pauperes, & simplices; Magis, qui erant Gentiles, sapientes, potentes, & peccatores; viris & mulieribus, scilicet Simeoni & Annæ, qui erant just; ut significaretur, nullam conditionem a salute Christi excludi, juxta illud Gallat. 3. In Christo Jesu... Non est Judæus, neque Græcus non est servus, neque liber. non est masculus, neque femina.

Si petas, ubi ab Angelis nuntiata fuerit Pastoribus Christi Nativitas? R. juxta Hieron. nuntiata fuisse ad Turrim Aderi seu Eder, id est, Gregis, sitam inter Bethlehèm, & Jerusalem, distantem a Bethlehèm mille passibus, ubi Pastores greges suos

de

de nocte pascerebant, & inde venisse adoratum Dominum. Ità S. Doctor in Traditionibus hebræicis ad c. 35. Genes. & Epist. 27. ubi hæc habet: Hanc præcedit inde descendit Paula ad turrim Eder, seu Gregis, juxta quam pavit Jacob greges suos, & Pastores nocte vigilantes audire meruerunt: Gloria in excelsis Deo, & super terram pax hominibus bonæ voluntatis. Quantum ad numerum, tres vulgo numerantur ex Beda 1. de locis sanctis, c. 8. Quidam tamen quatuor numerant.

Dico 4. (Ibid. art. 4. o.) Non decebat, quòd Christus per seipsum manifestaret suam Nativitatem; quia id derogaret fidei humanitatis, & aliunde voluit nasci nobis similis, omnibus infantie infirmitatibus obnoxius.

Dico 5. Convenientissima fuerunt media, quæ divina Sapientia assumpsit, ut Christi Nativitatem manifestaret. Prob. (Ibid.) Manifestatio, quæ sit per signa, debet fieri per ea, quæ sunt familiaria iis, quibus sit manifestatio. Porò justis est familiaria, & consuetum interiori Spiritus S. instinctu edoceri absquè signorum sensibilibus demonstratione; & ideo convenienter Simeoni, & Annæ tamquam justis manifestata est Christi Nativitas per interiorum instinctum Spiritus S. secundum illud Luc. 2. Responsum accepit Simeon a Spiritu S. non viturum se mortem, nisi prius videret Christum Dominum. Alii verò corporalibus rebus dedit per sensibilia ad intelligibilia deducuntur: undè Pastoribus, & magis corporalibus addictis manifestata est Christi Nativitas per visibiles apparitiones Angelorum, & stellæ. Pastoribus quidem per apparitionem Angelorum, quia apud Judæos frequenter fiebant apparitiones Angelorum; Magis autem per apparitionem Stellæ, quia erant assueti syderum contemplationi.

Observandum tamen, (Ibid. ad 4. & art. 8. o.) quòd hæc Stella non fuisset Magis certum signum nati Salvatoris Dei, & hominis, nisi præter illam speciem, quæ corporealem incitavit obtutu, fulgenter veritatis radius eorum corda percussisset: non enim ex sola novæ Stellæ consideratione ad tanti mysterii veritatem pervenire poterant.

Dico 6. (Ibid. art. 6. o.) Convenienti ordine manifestata est Nativitas Christi: 1. Pastoribus, deinde Magis, postremò Simeoni, & Annæ. Quia Pastores representabant Apostolos, & Judæorum Primitias; Magi erant Primitie Gentium: Justo autem in Templo representabant plenitudinem Judæorum. Porò fides Christi primo manifestata est Apostolis, deinde plenitudini Gentium, postremò in fine seculorum manifestabitur plenitudini Judæorum.

ARTICULUS II.

De Magis Christi nascentis Adoratoribus.

Expeditis iis, quæ docet S. Thom. sex primis artic. hujus q. 36. restant varie difficultates circa ipsos Magos Christi Adoratores, & stellam, quæ eis apparuit. 1. Quemam fuerit hæc Stella? 2. Utrum existens in Oriente apparuit Magis; an potius existens in Judæa apparuit Magis existentibus in Oriente? 3. Utrum duxerit Magos ab Oriente in Jerusalem? 4. Cujusnam conditionis fuerint Magi? 5. Undè venerint?

Dico 1. (Ibid. art. 7.) Stella, quæ apparuit Magis, non erat una ex Syderibus celestibus, neque Cometa, sed nova stella ex elementari aliqua materia miraculosè formata. Patet; quia ista stella ita movebatur secundum divinam voluntatem, ut modo staret, modo progrediretur, modò esset occulta, modò conspicua etiam in meridie: hæc autem non competunt syderibus celestibus, neque Cometis. Insuper non fulgebat in celo stellato, sed in ære terræ vicino: alioquin nec Migos ducero, nec certam domum eis indicare potuisset.

Dico 2. (Ibid.) Hæc stella existens in Oriente apparuit Magis. Id significare videtur Matthæus cap. 2. dicens: Stella, quam viderant in Oriente, sitam scilicet; & illa verba Magorum: Vidimus stellam ejus in Oriente, scilicet fulgentem.

Si obijcias Vaticinium Balaam Num. 24. Orietur Stella ex Jacob. R. hoc Vaticinium intelligi de Christo ipso, qui Apocal. 22. vocatur Stella splendida, & matutina, cujus stella, quæ apparuit Magis, erat unica. Hanc autem stellam non fuisse visam apparuit Magis, erat unicus. Hanc autem stellam non fuisse visam Judæis, colligitur ex Evangelio, quò docemur Herodem non nisi ex Magis didicisse tempus stellæ. Aliundè, si ex sola relatione apparitionis stellæ turbatus fuerit Herodes, & omnis Jerosolyma cum illo, quanto magis fuissent turbati, si viderent ipsam stellam ab Jerusalem in Bethlehèm progredientem.

Dico 3. Probabilis est, hæc stellam duxisse Magos ab Oriente in Jerusalem. Prob. 1. ex Matth. c. 2. qui dicit de Magis egressis Jerusalem: Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum venissent in Orientem, ab Jerusalem in Bethlehèm duxit, cur non ab Oriente in Jerosolymam, cum tunc esset magis necessaria.

Si dicas: his verbis, quam viderant in Oriente, innui stellam

solum visam fuisse in Oriente, non prævisse. N. Assumptum; Evangelista namquè narrat, quòd primum factum est; non negat, quòd inde subsequutum est.

Prob. 2. auctoritate Ecclesie, quæ in sacro hymno cantati: Ibant Magi, quam viderant, Stellam sequentes prævia. 7. Auctoritate Patrum, Chrysostomi Serm. 15. dicens: Ambulantem Mago, Stella ambulat; dormientem, excubat. S. Leonis Serm. 2. de Epiph. Magos ad Christum adorandum prævia Stella perduxit: & S. Thom. hic art. 7. o. qui tamen addit, id a quibusdam relinqui sub dubio. Equidem non desunt clarissimi Interpretes, qui nullum in Stella ab Oriente in Jerusalem motum agnoscunt, sed sive Orienti, sive Judææ incubantem visam fuisse a Magis fixam dicunt, eos autem ex Prophetia Balaam Num. 24. Orietur Stella ex Jacob, intellexisse, quòd ista nova Stella, quam videbant, indicaret, sicque eos sine ductore venisse in Judam. In hanc sententiam adducuntur præsertim ex verbis Matth. c. 2. Stella, quam viderant in Oriente, ut dixi supra. Patemur, hanc sententiam non esse improbabilem; sed prior est communior, & Ecclesie, ac Patrum sensui videtur conformior.

Dico 4. Magos Christi adoratores non fuisse magicis artibus, & demonum invocationibus addictos, sed Philosophos, Sapientes, & Syderum scientie peritos, qui in Oriente vocantur Magi, communior, & probabilior est sententia. Non fuisse Reges simpliciter, qui Populi, & Provinciis suprema potestate dominantur, probabilis nobis videtur. 1. Quia nullus veterum Patrum eis talem regiam dignitatem, sed sapientiam, & siderum notitiam attribuit. Primus omnium Theophrastus, auctor XL. sectæ, hanc eis tribuit. 2. Quia Matthæus illos, nec regio titulo, nec regio apparatu adventantes designat; quod non omisset ad majorem nascentis Christi gloriam, & famam. 3. Herodes ipsos alloquitur, ut inferioris conditionis homines, & cum iis ex imperio agit: Mittens eos in Bethlehèm dixit: Itè, & interrogate diligenter de puero: & cum invenieritis, venuniate mihi. 4. Non est verisimile, Reges externos ingressos fuisse limites alterius Regni, nullis missis Nuntiis, aut Legatis: nec Herodes, qui ad simplicem nuntium novi Regis Judæorum nati turbatus est, illorum ingressum facile permisisset.

Dices: Ecclesia in Festo Epiphaniæ usurpat hæc verba Ps 71. Reges Tharsis, & Insule minera offerent, Reges Arabum, & Saba dona adducent. Item Prophetiam Isaie 60. Ambulabunt Gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui: Ergo. R. hæc utriusque Prophetie verba dicta esse generationis de conversione Regum Gentium, Nationumque barbararum ad Christi cultum. Ea autem Ecclesia accommodat suis officiis in Festo Epiphaniæ, quia Magi fuerunt primitie conversionis Gentium. Alias, si de Magis Christi nascentis adoratoribus litteraliter dicta velis, necesse erit dicere Magos fuisse, non qualescumque Reges, sed Reges Æthyopes, Tharsenses, Insulenses, Arabes, & Sabeos, imò omnes Reges terræ ad Christum nascentem in præsepè convolasse. Dicit enim Psalmista loco cit. Coram illo procedent Æthyopes, & inimici ejus terram lingent. Reges Tharsis, & Insule minera offerent. Reges Arabum, & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes Reges terræ.

Quia tamen sensus communis Fidelium est, eos fuisse Reges, & sub titulo Regum festum Epiphaniæ celebrant, nihil obstat, quominus dicamus cum pluribus eos fuisse Reges, seu Regi territorii Dominos, seu Toparchas solet vocare Reges, ut patet de 5. Regibus, quos Abraham debellavit Genes. 14. Et sic conciliantur Sententiæ.

Tres fuisse vulgò creduntur ex S. Leone serm. de Epiph. 1. 3. 5. 6. Incerta eorum nomina, de quibus nihil fuit auditum ante finem 12. sæculi. Verisimile est singulos obtulisse tria munera, Aurum, Thus, & Myrram; quæ, cum ea offerrent, ut symbola fidei suæ, quæ credebant Christum esse Regem, Deum, & hominem mortalem, debuerunt singuli omnia hæc tria offerre, Aurum ut Regi, Thus ut Deo, Myrram ut homini mortali in sepulcrum ejus.

Dico 5. Certum est ex Evangelio, Magos venisse ex Oriente; quòd debet intelligi respectivè ad Jerusalem. Sed ex qua parte Orientis? Magna est SS. Patrum dissensio. Quidam dicunt, eos venisse ex Chaldæa, in qua Magorum scientia florebat. Quidam, ut Origenes, & Basil. Magn. ex Mesopotamia. Alii, ut Justinus, Martyr, Tertull. Epiphanius, Hilarius, &c. tenent, eos venisse ex Arabia felice; ubi aurum, thus, & myrra abundant. Alii tandem tradunt, venisse ex Perside, in qua Magorum nomen, & professio celebris erat, & vigeat mos adorandi cum muneribus. Hujus Sententiæ sunt Chrisostomus, Clemens, & Cyrillus Alexandr. & ipse S. Thom. hic art. 7. o.

Cæterum, undecumquè venerint, extra dubium videtur omnes ex una, & eadem Regione, eaque orientali, venisse. Undè absquè fundamento depingitur unus inter illos niger, quasi ex Æthiopia vel altera Regione Africæ esset oriundus. Qui error creditur manasse ex collectaneis apocryphis, V. Bedæ falsò adscriptis. AR.

ARTICULUS III.

De tempore adventus Magorum.

Suppono cum sententia communi contra paucos, Stellam apparuisse Magis non biennio ante Christi Nativitatem, sed ipso jam nato. Constat ex verbis Magorum Matt. 2. *Ubi est, qui natus est Rex Judæorum; vidimus enim Stellam ejus, utique nati, non nascituri.* Hoc supposito quidam, inter quos Epiphanius, censent Magos adventasse Jerosolymam, subinde Bethlehem biennio post Nativitatem Christi. Alii sentiunt, non advenisse nisi post Purificationem B. Virginis Novissimè noster Serrius tenet, non advenisse nisi 26. vel 27. Januarii, non alio fundamento nixus, quam quod falsè putat omnia benè coherere in sua sententia, non in aliis. Contra quos omnes

Dico. (*Ibid. art. 6. o.*) Magi advenerunt Jerusalem, subinde Bethlehem die 13. post Christi Nativitatem, hoc est, 6. Januarii. Hic est sensus communis Fidelium, & Ecclesie Traditio, quam defendunt celebres Auctores, S. Thom. hic, cit. Baron. ad annum 1. Christi n. 31. & seq. Melchior Cano de locis Theol. l. 11. c. 5. ad 5. Jansenius Gand. in Concord. c. 9. Sylvius hic, Tournefort, & alii nec quidquam opponitur, quod illam efficaciter impugnet, ut patebit ex sol. obj. quin potius contra duas primas sententias militat hoc efficacè argumentum.

Si Magi (*Ibid.*) non advenerunt nisi biennio post Christum natum, aut non nisi post purificationem B. Virginis, & presentationem Filii in Templo, non invenissent puerum Jesum, & Parentes ejus in Bethlehem, siquidem ex Luc. 2. *Ut perscrutaretur omnia secundum Legem Domini, id est, post peractam purificationem Mariæ, & presentationem Jesu in Templo, reversi sunt in Galileam in Civitatem suam Nazareth.*

Item, Matthæus 2. narrat: *Cum natus esset Jesus, ecce Magi ab Oriente venerunt.* Atqui si post biennium, vel post 6. hebdomadas, vel etiam post mensem, non dixisset Evangelista: *Cum natus esset ecce Magi.* Hæc enim loquendi formula non adhibetur de re tam sera, sed subita, & improvisa, ac præsentis, seu quasi præsentis, Sic Genes. 24. dicitur: *Necum verba compleverat, servus Abrahamæ, ecce Rebecca egrediatur, Idem cum dixit Angelus Mariæ: Ecce concipies, ipsa intellexit se statim concepturam, unde e vestigio subdit: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco.*

Si dices cum Serrio, Matthæum eandem loquendi formulam adhibere de his, quæ intor se plusquam mense distant: dicit enim c. 2. *Qui Reges cum recessissent, ecce Angelus apparuit in somnis Joseph dicens: surge, & accipe puerum, & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum; tamen secundum nos inter recessum Regum, & monitum Angeli mediant 6. circiter hebdomade: ergo. R. ex Aug. l. 2. de consensu Evang. c. 5. Matthæum prætermittere, quæ Lucas 2. narrat gesta circa Dominiæ, & Matrem ejus in Templo. Unde texendo unam narrationem ex utraque, dicendum, & intelligendum est: Qui magi cum recessissent, postquam impleti sunt dies purificationis Mariæ, & peracta omnia secundum legem Domini, venerunt in Nazareth; & ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, &c.*

Obj. 1. Herodes, teste Matth. 2. a Magis diligenter didicit tempus stelle, quæ apparuit eis, & ut vidit se ab eis esse delusum, occidi jussit omnes pueros a bimatu, & infra secundum tempus, quod exquisierat a Magis. Unde colligitur, stellam eis biennio apparuisse, antequam Jerusalem advenirent; stella autem, ut supponimus, non apparuit nisi Christo nato: Ergo Magi advenerunt Jerusalem biennio post Christum natum. R. Sequelam in antecedente ex verbis Matthæi malè deduci: hæc enim verba, secundum tempus, quod exquisierat a Magis, non referuntur ad istas particulas a bimatu, sed ad has sequentes, & infra, quas omnes pueros a bimatu, nec solum illos, sed etiam alios infra bimatum, non tamen omnes, sed secundum tempus, quod exquisierat a Magis, id est, eos solos, licet non bimulos, qui nati essent ante apparitionem stellæ Magis, non verò eos qui post nati essent; quia certò sciebat, eos non posse esse Christum: sicque non initium, sed terminum occisionis statuit Herodes secundum tempus, quod exquisierat a Magis.

Urgebis: ut quid ergo Herodes jussit occidi omnes pueros a bimatu, si Magi advenerint 13. die post Christum natum? R. cum Chrysost. hom. 7. in Matth. id factum esse pro abundantia cautionis. Quamvis enim Herodes didicisset tempus stellæ, dubitare tamen poterat num natus esset Christus antequam stella apparuisset. (*Ibid. ad 3.*) Idem suspicari poterat, ne puer, cui sydera simulabantur speciem suam paulò supra ætatem transformaret. Similiter, quamvis ex Principibus Sacerdotum, & Scribis didicisset Christum nasciturum in Bethlehem, hoc tamen non obstante jussit occidi pueros non solum in Bethlehem, sed etiam in omnibus finibus ejus. Sicut ergo pro abund-

dantia cautionis extendit locum, sic etiam extendit tempus.

Obj. 2. Matth. c. 2. scribit, Herodem, statim atque persenti se a Magis esse delusum, jussisse pueros occidi: hæc autem cædes non nisi aliquot diebus post Purificationem peracta est, dum Virgo Deipara illiusque Sponsus Jerosolymis discessissent, & Nazarethum pervenissent, atque inde ab Angelo moniti in Ægyptum aufugissent, hoc est, elapso ut minimum mense integro post 6. Januarii, qua Magos adventasse dicimus. Atqui unius mensis spatium non fuit necessarium Herodi, ut se a Magis per aliam viam reversis delusum intelligeret, puerorum cædem ediceret, maxime cum 6. dumtaxat milliari, seu 2. leucis Bethlehem distaret Jerosolymis: Ergo Magi die 6. Januarii non advenerunt. Ità Serrius. R. N. Subsumptum: (*Ibid. ad 3.*) existimavit enim Herodes, cum de Magis nihil audiret, ipsos fallacis stellæ visione deceptos non invenisse quem natum putaverunt, & erubuisse ad ipsum redire. Peractis verò Purificatione B. Virginis, & Presentatione Jesu in Templo, vulgarisque his, quæ de ipso Simeon, & Anna dixerant, se sensit delusum. Hinc quæsitivè puerum ad perendum eum, & cædem Innocentem edixit: quod proinde factum est, cum essent Jesus, & Parentes ejus in Nazareth, ubi ab Angelo moniti sunt fugere in Ægyptum.

Obj. 3. Magi tam brevi temporis intervallo tam longum iter agere nequiverunt, præsertim si ex Perside accessisse supponantur, leucis supra quingentis ab Jerosolymis distante: ergo. Ità iterum Serrius. R. 1. incertum esse, undè profecti sint Magi, cum ali ex Chaldæa, alii ex Mesopotamia, alii ex Arabia, alii ex Perside profectos velint, undè nihil certi ex hoc argumento erui potest contra nostram conclusionem. Si enim vel ex Chaldæa, vel Mesopotamia, vel Arabia non longè a Judæa distantibus, poterunt faciliè pervenire Jerusalem die decemtertia.

2. Id etiam poterunt, supposito quòd venerit ex Perside. Ex descriptione enim Asiæ tempore Augusti comperimus, Persidem distare a Judæa non 500. leucis, & ultra ut dicit Serrius, sed 150. leucis circiter. Sed & dato, Persidem a Judæa distare 500. leucis, (*Ibid.*) etiam istud iter 13. diebus conficere poterunt, partim virtute divina, partim velocitate Dromedariorum, qui juxta Philostratum in vita Apollonii una die iter mille stadiorum, id est, 50. leucarum conficiunt, & juxta Aristotelem hist. animal. c. ult. sunt equis Nisæis velociores.

Obj. 4. Si Magi ante Purificationem venerint, B. Virgo, quæ tunc magnam auri copiam ab illis receperat, non oblationem pauperum, sed divitum fecisset: ergo. R. N. Sequelam; quia hæc auri copiam, si fuerit, vel in pauperes jam distribuerat Mater misericordie, vel in sacros usus servabat. Sed quidquid sit, non decebat, ut quæ pauper erat condicione, & ab omni fastu aliena, oblationem divitum imitaretur, mutare conditionem, quam sciebat Filio Dei placuisse. Neque dicas, sic transgressam fuisse legem; non enim erat obnoxia legi, ut dicam infra.

Petes, quam speciem adorationis Magi exhibuerint Christo nato, an civilem tantum, an spiritualem, & religiosam. R. (*Ibid. art. 8. a.*) exhibuisse spiritualem, & religiosam, ut homini Deo. Est contra Socinianos. Ità sentiunt Patres Orig. l. 1. contra Celsum, Greg. Nazianz. Orat. 38. Ambros. l. 2. in Luc. Aug. Serm. 30. nunc 200., & seq. de temp. Hieron. in cap. 2. Matth. & alii.

Prob. insuper ratione, (*Ibid. art. 1.*) 1. Multi Reges Judæorum nati sunt, atque defuncti: idem erat Herodes actualiter regnans; atqui tamen nullum eorum Magi adorandum quæsierunt: ergo distinctionem Regni Judaici non attendebant, neque Regi Judæorum, quales illic esse solebant, hunc magnum honorem longinqui, alienigenæ, & ab eodem Regno prosis extranei, a se deberi arbitrabantur sed talem esse natum didicerunt, in quo adorando se salutem, quæ secundum fidem est, consecuturos minime dubitabant.

2. (*Ibid. c.*) Magi fuerunt primitivè Gentium in Christum credentium, in quibus apparuit, ut in quodam præsigio, fides, & devotio Gentium venientium a remotis ad Christum; atqui fides, & devotio Gentium fuit, & est ad Christum, ut hominem, & Deum: ergo. Conf. ex muneribus, quibus fidem suam in Christum ut Regem, ut deum, & ut hominem testati sunt Magi: obtulerunt enim illi aurum ut Regi thur ut Deo, myrrham ut homini mortali. Undè Irenæus l. 5. c. 10. dicit: *Deductos Magos a stel a ad Emmanuel, per eam, quæ obtulerunt munera, ostendisse, quis erat, qui adorabatur.*

Dices: Moris erat apud Orientales venerari hominem se prospere sumitur in Scriptura pro cultu latræ, ut notant Interpretes Ergo. R. nos non facere vim in his solis verbis: *Et procedentes adoraverunt eum;* neque præcisè in muneribus quoad substantiam; sed nòm in auctoritate Patrum, tum in rationibus deductis in 1. & 2. probatione, & qualitate munerum. Insuper, licet in veteri Testamento verbum *Adoro* non semper sumatur pro cultu latræ, vix tamen, aut ne vix sumitur aliter in novo Testamento, maxime si adjuncta sit prostratio.

DIS.

DISSERTATIO V.

DE LEGIBUS CIRCA PUERUM JESUM SERVATIS, DE FUGA IN ÆGYPTUM, DE CÆDE infantium; necnon de instituto vitæ Christi usquè ad suum baptisma.

D. Thom. Q. 37.

ARTICULUS I.

De Christi Circumcisione.

Christum fuisse circumcisum, fides est Ecclesie: quamvis enim Lucas 2. non dicat expressè fuisse circumcisum, id tamen aperte innuit, dum scribit: *Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomine ejus Jesus.* Ad quid enim adnotasset, ut circumcideretur puer, nisi reverà fuisset circumcisus? Adde, quod tum fuerit ipsi impositum nomen, quod non imponeretur, nisi in Circumcisione. Neque te moveat, quòd dicit: *Postquam consummati sunt dies 8.* cum tamen non liceret circumcidere puerum post octavam diem a natiuitate. Consummatio enim non refertur ad ipsos dies, quasi expletis omnino totis 8. diebus sit circumcisus, sed ad numerum dierum, quasi 7. dies integri erant completi & octava inchoata, sicut per synedochem dicuntur 8. dies phrasæ Hebræis familiaris, quod dicitur Marci 8. *oportet Filium hominis post tres dies resurgere,* id est, 3. die. Undè non dixit simpliciter & absolute Lucas, *Postquam consummati sunt dies 8.* sed, *ut circumcideretur puer.*

Porrò ideo non dixit expressè, Christum fuisse circumcisum; sicut expresse dixit nominatum fuisse Jesum; quia circumcisio erat in usu pro omnibus masculis, & ideo illam ut indubitatum supposit; impositio autem nominis Jesu Christo propria, & ideo illius expressè & distinctè meminit. Hoc supposito

Quæritur 1. utrum Christus debuisset circumcidi? 2. Ubi fuerit circumcisus? 3. A quo fuerit circumcisus? 4. Quid factum sit de illius præputio? 5. Ubi fuerit sacrum præputium. 6. Dominique, utrum nomen Jesu fuerit Christo convenienter impositum?

Dico 1. (*Q. 37. art. 1. o.*) Quamvis Christus non esset legi Circumcisionis summo jure adstrictus, non enim erat obnoxius legi, ut docet Auctor art. 4. & nos dicemus infra; convenienter tamen se illi legi subiecit.

1. (*Ibid.*) Ut ostenderet veritatem carnis humanæ, quam Manes dixit phantasticam, Apollinaris consubstantialem Divinitati, Valentinus celestem. 2. Ut approbare Circumcisionem, quam Deus olim instituerat, & ostenderet se esse de genere Abrahamæ, qui circumcissionem mandatum acceperat. 3. Ut Judæis excusationem auferret, ne ipsum reciperent, si esset incircumcisus. 4. Ut obedientie & humilitatis exemplum nobis præberet. 5. Ut legis onus in se sustinens alios a legis onere liberaret, secundum illud Galat. 4. *Misit Deus Filium suum factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret.*

Dices: Si Christus fuit circumcisus: ergo & nos debemus circumcidi. Paret Conseq. Quia omnis actio Christi est instructio nostra. R. N. Illationem. (*Ibid. ad 2.*) Ad prob. D. Omnis actio Christi est instructio nostra modo & tempore debito, C. secus. N. Est enim cuique negotio tempus & opportunitas, ut dicitur Eccl. 8. Et alioquin sequeretur, quòd deberemus observare alla Legis Mosaicæ præcepta, quæ observavit Christus. Itaque Christus fuit circumcisus tempore, quo Circumcisio erat sub præcepto, Nunc autem nec præceptum, nec tempus est Circumcisionis, quæ distinguebat Judæos a Gentibus. Undè hæc Christi actionem in hoc imitari debemus, ut observemus ea, quæ sunt nostro tempore in præcepto.

Dico 2. Christus non fuit circumcisus in templo aut Synagoga, sed in spelunca Bethlehemitica, vel vicina dono, ad quam fortè 55. Parentes cum divina prole commigrant post peractam descriptionem, & evocata diversoria, Prob. 1. ex S. Epiphani. hieres. 20. *Natus est, inquit, in Bethlehem, circumcisus in spelunca, oblati in Jerusalem, &c.* ex Nicephoro l. 5. Hist. c. 12. *In die octavo, Dominico scilicet, circumciditur in Bethlehem in domo Joseph, in qua nimirum hospitabatur.*

2. Nullus locus, sive Templum, sive Synagoga, erat aliqua lege determinatus ad Circumcisionem, sed solebat fieri in domo Parentum, vel in alio quovis loco. Id constat ex Abraham, cui primùm indicta est Lex Circumcisionis; ipse enim domi suæ se, filium, & omnes vernaculos circumcidit, Genes. 7. Sephora circumcidit filium suum in diversorio, dum iter ageret, Exod. 4. *Theol. Billuart. Pars Tertia.*

Josue circumcidit omnem Populum, & transacto deserto, in valle præputiorum, Josue 5. Et ne fortè dicas, ita peractum esse ante constructionem Templi, iose Joannes Bapt. fuit circumcisus in domo Parentum: aderat enim tunc Elisabeth mater ejus, quæ cognatis volentibus Zachariæ nomen infantii imponere, dixit: *Nequaquam, sed vocabitur Joannes;* id procul dubio dixit domi; cum enim esset puerpera octo dierum, non poterat domo exire, ut in Templum vel Synagoga se transferret, cum ex præcepto Legis deberet per 40. dies manere in sanguine suæ purificationis, Levit. 12. Nec obstat, quòd Lucas dicat: *Factum est die octavo, venerunt circumcidere puerum;* id namquè dictum est non de Zacharia & Elisabeth, sed de cognatis & amicis, qui vocabant eum nomine Patris sui Zachariæ.

Dico 3. Christus non fuit circumcisus a summo Pontifice, neque ab alio Sacerdote, sed ab alterutro Parente: quia ministerium Circumcisionis non erat Sacerdotale, imò nec Leviticum, sed Laicum, quod a Parentibus exerceri solebat. Pater tum ex 2. probatione Conclusionis præced. tum ex Act. Apost. c. 7. ubi dicitur Abraham circumcidisse Isaac, Isaac Jacob, Jacob 12. Patriarchas; & ex 2. Machab. 6. ubi duæ matres dejectæ leguntur de muro ex mandato Antiochi, eò quòd suos filios circumcidissent. A quo autem Parente fuerit circumcisus? Libro de vera Circumcisione inter Apocrypha S. Hieron. & l. de lamentatione B. Virginis inter Apocrypha S. Bernardi legitur circumcisum fuisse a Maria. Verius tamen videtur circumcisum fuisse a Joseph: tum quia id discretè assertit S. Ephrem hom. de Transfiguratione, cujus auctoritas potior est, quam operum apocryphorum: tum quia moris erat apud Judæos, ut viri, tanquam familiarum capita, hoc munus obirent: & non mulieres, nisi necessitate. Corrighendi sunt itaque Pictores, qui nobis exhibent summum Pontificem circumcidentem in Templo puerum Jesum.

Dico 4. Secundum communem Theologorum opinionem Christus reliquit in terra suum præputium, ad venerationem Fidelium. Undè ad id, quod opponitur de integritate corporis Christi resurgentis, respondet, tam exiguum partem, quæ vix latitudinem unguis humanæ æquat, non pertinere moraliter loquendo ad integritatem corporis Christi, maxime si consideretur, ut Filius Abrahamæ & vir Judæus, cui ex lege præputium debebat deesse, sicut eo carere exigebat ejus conditio. Hinc inferes, Divinitatem non mansisse hypostatice unitam præputio, quia non debebat resumi in Resurrectione.

Dico 5. Non potest certò diffiniri, ubinam extet sacrum præputium propter pugnantem ea de re narrationes. S. Birgita l. 6. Revelat. c. 12. scribit, servari Romæ. Idem Innoc. III. l. 4. de mysteriis Missæ, c. 4. scribens ab Angelo delatum fuisse Carolo Magno, qui illud deposuit Aquigrani, & postea tractatum a Carolo Calvo Romano in Basilicam Lateran. arque depositum in loco, qui dicitur *Sancta Sanctorum;* Alii dicunt, servari Antuerpiæ. Alii, licet non negent oim servatum fuisse Antuerpiæ, volunt tamen, furente Calvinismo, inde fuisse sublatum; quòd verò, non dicunt. Alii Brugis, alii Anicij servari scribunt. Quidam denique, ut conciliant istas pugnantem narrationes, dicunt, sacrum præputium divisum fuisse in plures particulas, quæ in variis urbibus fuerunt distributæ. Ridet Serrius Vindelinum hujus conciliationis Auctorem: *Quia,* inquit, *hanc partitionem præputii existit as non patitur, quod vix unguis humanæ latitudinem æquat.* Verum, quævis hæc partitionem, ut veram asserere nolum, non video tamen, cur sit ridenda: potest enim unguis humana dividi in 4. aut 5. partes benè sensibiles.

Dico 6. (*Ibid. art. 2. o.*) Nomen Jesu fuit convenienter Christo impositum; quia *Jesur* idem est ac *Salvator:* Christus est *Salvator* omnium hominum, & quoad anima liberans eos per gratiam a matre peccati, & quoad corpus per immortalitatem in resurrectione confrendam. Quamvis ergo (*Ibid. ad 2.*) quibusdam veteris Testamenti, ut Nave, Sirachi, & Josedech, inveniat impositum hoc nomen propter aliquam particularem, & temporalem salutem soli tamen Christo perfecta & integra ejus significatio convenit, utpotè qui solus spiritualem, universalem, & æternam salutem attulit. Et ideo illi soli est proprium hoc nomen, in quo flectatur omne genu coelestium, terrestrium, & infernorum.

S

AR-

ARTICULUS II.

De Purificatione B. Virginis & oblatione Patri Jesu in Templo.

Lucas c. 2. sic narrat: Postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino. Sicut scriptum est in Lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur. Et ut darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, per turturum, aut duos pullos columbarum.

Ad quorum intelligentiam observandum est, in veteri Testamento triplicem fuisse legem latam de puerperis Levit. c. 12. & alteram quartam de primogenitis, Exodi c. 13. Prima lex Levit. 12. hanc est: Mulier, si suscepto semine pepererit masculinum immunda erit 7. diebus, iuxta dies separationis menstruae: (quo tempore domi recludebatur, nec cum quoquam commercium habere poterat, nisi cum eo qui cibum, & necessaria afferret, & hic ob hoc ipsum legaliter immundus erat) Et die 8. circumcidetur Infantulus: Ipsa vero 33. diebus manebit in sanguine Purificationis sue. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in Sanctuarium, donec implentur dies purificationis sue. Siquae erant 40. dies purgationis, septem primi strictiores, ceteri minus stricti.

Secunda Lex ibid. Sin autem feminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui, & 68. diebus manebit in sanguine Purificationis sue: id est, 80. diebus: quia iuxta Hippocrat. l. de natura pueri, & Franciscum Valensium de sacra Philosophia c. 18. purgatio parientis feminam diuturnior est, quam parientis masculum.

Tertia Lex ibid. Cumque expleti fuerint dies purificationis sue, pro filio, sive pro filia, (id est, purgationis ab immunditia contracta ex partu filii, aut filiae, deferet agnum ammiculam in holocaustum, (hoc est, ut Deo gratias agat) & pullum columbae sive turturum pro peccato, (scilicet immunditia Legalis) ad ostium Tabernaculi testimonii, & tradet Sacerdoti, qui offeret illam coram Domino, & orabit pro ea, & sic mundabitur a profusio sanguinis. Ista est Lex parientis masculinum aut feminam. Quod si non poterit offerre agnum, sumet duos turtures vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, & alterum pro peccato, orabitque pro ea Sacerdos, & sic mundabitur. Quarta Lex est de primogenitis Exodi 13. his verbis: Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Sanctificasti mihi omne primogenitum, quod aperit vulvam in filiis Israel, tam de hominibus, quam de iumentis: mea sunt enim omnia, non solum titulo creationis, sed etiam quia primogenitos Israel communi strage primogenitorum Aegyptiorum per Angelum exterminatorem exteremat; in cuius beneficii memoriam, & gratiarum actionem hanc Lex lata est.

Per sanctificationem autem in hac ultima lege intellige consecrationem, & oblationem factam Deo primogenitorum animalium mundorum ad immolationem, primogenitorum autem hominum ad servitium Dei perpetuum: sed quia Deus loco primogenitorum totius Israelis, qui tota vita alligati fuissent servitio Tabernaculi & Templi, elegit & substituit solum & totam Tribum Levi, & ideo primogeniti hominum redimendi erant 5. sicilis, Num. 3. hoc est, 5. circiter florenis Belgicis. His praesuppositis.

Quaestio est, 1. de cuius purgatione loquitur Lucas c. 2. an Matris, an Prolis? 2. Utrum B. Virgo debuisset purificari? 3. Utrum Christus debuisset offerri in Templo? 4. Quis fuerit Simeon, qui Jesum excepit in ulnas suas, an Sacerdos, an Laicus?

Dico 1. S. Lucas his verbis: Postquam impleti sunt dies purgationis, eius secundum Legem Moysi, loquitur de purificatione solius Matris, non Prolis. Prob. 1. ex mente Ecclesiae, quae est Scripturarum fidelis Interpret. Hanc autem in Evangelio Purificationis loco eius legit Maria, & cantat in Evangelio: Postquam impleti sunt dies purgationis Mariae; non addendo verbo Dei, sed illud explicando. Item, in Officiis & Martyrologio vocat Purificationem B. Virginis. Prob. 2. ex ipsis Lucas verbis: 1. Nulla erat lex purgationis pro Primogenitis, sed oblationis tantum, Exodi 13. Erat autem pro puerperis Levit. 12. Ergo, quando Lucas dicit: Postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum Legem Moysi, non potest intellegi de purgatione Prolis, sed Matris duntaxat.

Nec obstat, quod in 3. Lege Levitici statuitur: offerendum esse agnum, & turturum, aut pullum columbae pro filio, sive pro filia: quia haec verba, pro filio, sive pro filia, non referuntur ad sequentia, deferet agnum, &c. sed ad praecedentia, Postquam impleti sunt dies purgationis eius, ita ut sensus sit, ut iam notavi: postquam impieti sunt dies purgationis eius pro filio, sive pro filia, id est, purgationis ab immunditia contracta ex partu filii aut filiae, deferet agnum, &c. Eodem sensu intelligendum est, quod dicit Lucas ibid. de parentibus Christi, quod fecerunt

secundum consuetudinem Legis pro eo, & quod canit Ecclesia in Officio hujus festi: Oblulerunt pro eo Dominus, id est, eò quod B. Virgo eum pepererat. Eodem sensu intelligendus S. Thom. hic art. 3.

2. Nullum erat tempus determinatum in Lege pro oblatione Primogenitum: quamvis enim dicatur Num. 18. Cujus redemptio erit post unum mensem argenti quinque: hac redemptio non erat oblatio: imò redimebatur infans, ut, familiae suae ac Reipublicae civis redditus, ministeriis sacris non adstringeretur: nec fiebat in Templo, neque enim ceremoniis: undè in oblatione Christi nulla mentio facta est de eius redemptione. Erat autem in Lege tempus determinatum pro purificatione puerperarum, scilicet 40. dies, si peperissent masculum, & 30. si peperissent feminam: Ergo dum Lucas dicit: Postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, manifestum est, quod loquatur de purgatione Matris, & non Prolis, cuius occasione infans fuit etiam oblatum in Templo: undè addit Lucas: Et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum, quae erat lex puerperarum.

Si forte dicas, Annam non obtulisse Samuelem nisi post triennium, & postquam esset ablatatus: ergo, si non ex lege, saltè ex consuetudine triennium erat tempus determinatum pro oblatione primogeniti: hoc argumento recens Auctor Historiae Populi Dei in 2. parte contendit probare, utramque ceremoniam tam Purificationis Mariae, quam oblationis Jesu, non fuisse peractam, nisi post triennium in reditu ex Aegypto. R. unicum unius factum neque legem neque consuetudinem adstruere: praesertim cum in illo singulari facto esset ratio differendi oblationem ad triennium, quae non currit ipso aliis infantibus; sic enim Samuel debebat ex voto Matris offerri Domino, ut nunquam postea recederet a Tabernaculo: ad id autem requirebatur certa aetas infantis, & quod esset ablatatus. Inspèe hallucinatur laudatus Auctor, dum putat sacram Familiam triennio mansisse in Aegypto; nec enim uno anno integro remansit, ut probabo infra.

Obj. praecipue Lucas dicit: Postquam impleti sunt dies purgationis eius: id est, secundum regulam Grammaticae & usum communem debet referri ad personam, de qua immediate facta est mentio; atqui haec fuit Jesu, de quo dixit Evangelista: Postquam consummati sunt dies 8. ut circumcideretur puer: vocatum est nomen eius Jesus, quod vocatum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur, immediate subjungens: Et postquam impleti sunt dies purgationis eius: Ergo. R. 1. Equidem ordinariè sic esse, ut id eius referatur ad personam immediate praecedentem, nisi aliunde eruat sensus contrarius, ut hic eruitur; tum ex mente Ecclesiae, tum ex verbis Lucas collatis cum Lege 2. Observandum est cum quibusdam, integram periodum de Christo esse ibi insertam velut intrà parenthesis, proindeque id eius referendum esse ad personam, de qua fuit sermo ante parenthesis: fuit autem sermo de B. Virgine, de qua dixerat Evangelista: Maria autem conserabat omnia verba haec, conferens in corpore suo: ad Mariam vero, & non ad Jesum, id eius referendum est.

Inst. iuxta Estium legitur graecè auton pluralitèr, eorum, scilicet Matris & Filii: ergo. R. Esto forte in quibusdam codicibus, in quos incidit Estrius, legatur auton, Janenius Irenensis, a Lapide, & alii testantur non legi in Graeco neque auton singularitèr masculinè, neque auton pluralitèr, sed autem singularitèr femininè. Insuper magis standum est auctoritati Ecclesiae, quam textui graeco, maxime non constanti.

Dico 2. (Ibid. art. 4. o.) B. Virgo legi Purificationis non fuit summo jure adstricta: convenienter tamen se illi subiecit. Prob. 1. Pars (Ibid. ad 2.) 1. Lex ita fert: Mulier si suscepto semine pepererit masculinum, immunda erit, &c. Atqui B. Virgo non peperit Christum ex suscepto semine, sed ex Spiritu S. Ergo. Undè Bernardus Serm. 3. de Purif. Lex ipsa, inquit, Matrem Domini non includit, quae non suscepto semine peperit.

Si dicas, per semen intelligi prolem, ut familiare est in Scripturis; ita ut sensus sit, Si mulier suscepta prole, masculinum peperit. R. Quamvis non raro in Scripturis semen sumatur pro prole, sic tamen hic accipi vetat tum textus hebraicus, qui habet, si mulier suscepto spermate: tum quia Moyses ponit, suscepto semine, tanquam causam, cur mulier sit immunda; non est autem immunda praecise quia prolem edit; sed quia illam edit ex immundo semine: tum quia parere ex suscepto semine propriè est edere prolem ex semine susceptam.

Prob. 2. Idè ex lege debebat mulier purificari, quia immunda erat ex profusio sanguinis; sic enim dicit lex: Mundabitur a profusio sanguinis. Atqui profusio sanguinis non fuit in B. Virgine, quae sine aperture claustrii vaginalis factum effudit, & in qua, cum conceperit ex Spiritu S. solus fuit postea sanguis necessarius ad nutrimentum factus; quo egresso, conversus est sanguis ad ubera, ut lac fieret.

Prob.

Prob. 2. Pars. (Ibid. a.) Decebat ut, sicut Filius, ita, & Mater humilitatis, & obedientiae exemplum praereteret, legem approbaret, & occasionem calumniae Judaeis praeberet: Ergo.

Dico 2. (Ib. a. 3. & 4. o.) Christus legi primogenitorum non erat etiam summo jure adstrictus: convenienter tamen se illi subiecit. Quidam probant 1. partem ex eo, quod lex dicit: Sanctificasti mihi omne primogenitum, quod aperit vulvam. Christus autem nascendo non aperuit vulvam Matris, sicutque sub lege non comprehenditur. Verum haec sententia videtur contraria Evangelistae, qui hanc legem ipsi Christo adaptat, ut videre est in textu cit. initio articuli. Aperite vulvam igitur hic nihil est aliud quam eam sibi perviam facere, ita ut primò nascenti nullo sit impedimento; sive hoc fiat fractione claustrii, ut fit communiter; sive clauso manente, penetratione miraculosa, ut singularitèr factum est in Christo. Neque iste loquendi modus est inusitatus in Scripturis. Sic Matth. 3. de Christo baptizato dicit: Ecce aperti sunt ei caeli: & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam. Et Act. 17. S. Stephanus cum lapidaretur, dicebat: Ecce video caelos apertos, & Jesum stantem a dextris Dei: non quod soliditas caelorum sit disrupta, sed oculis pervia, nulloque fuerit impedimento, quominus, & Christus Spiritum descendentem videret, & Stephanus Jesum stantem a dextris Dei.

As. inquit, si ita sit, frustra ergo Moyses addit, quod aperit vulvam, sed satis fuisse dicere primogenitum: hoc ipso enim, quò est primogenitus, primus ex utero egreditur. R. N. illationem. Ad Prob. D. hoc ipso, quò est primogenitus simpliciter, & absolute, primus egreditur, C. hoc ipso, quò est primogenitus secundum quid tantum, N. Primogenitus simpliciter, & absolute est, antequam nulla generatio sive masculi, sive feminae processerit, & iste aperit vulvam. Primogenitus secundum quid est, qui primus inter masculos nascitur, licet puella generatio processerit, & iste non aperit vulvam, sed apertam supponit. Quia vero lex erat de primogenitis simpliciter, & absolute, ut designaretur, debuit addi: Quod aperit vulvam, Aliunde igitur petenda est probatio conclusionis. In primis videtur expressa sententia D. Th. hic art. 4. o. ubi dicit: Christus, licet non esset legi obnoxius, voluit tamen circumcissionem, & alia legis onera subire.

Prob. ratione. Legislator non tenetur sua lege, non solum vi coactiva, sed etiam nec directiva, quando est dispar conditio Legislatoris, & subditorum respectivè ad legem; atqui sic erat in casu: Christus enim homo Deus erat Legislator, & vi unionis substantialis divinitatis ad humanitatem erat sanctus, & in servitium Dei perpetuò consecratus, non sic alii primogeniti; sicutque non indigebat oblatione, seu consecratione legali.

Si dicas: Christo, licet substantialitèr sancto pro gratiam unionis hypostaticae, necessaria fuit sanctificatio accidentaliter per gratiam habitalem, ut docent Thomistae in Tract. de Incarn. Ergo pariter ipsi sancto, & consecrato substantialitèr unionè divinitatis, necessaria fuit consecratio legalis. R. N. Conseq. Disparitas est, quòd prater gratiam unionis necessaria erat Christo gratia habitualis, quae posset elicièr connaturalitèr actus supernaturales, id enim non conferebat gratia unionis, ut late dixi in Tract. de Incarn. Diss. 8 art. 2. consecrationi autem substantiali nihil addebatur consecratio legalis, sicutque nullatenus erat necessaria. Quando ergo SS. Patres dicunt, Christum debuisse subire hanc legem, intelligendi sunt de debito decentiae, non strictè obligationis.

Prob. 2. pars. (Ib. art. 3. o.) Decebat, ut Christus, sicut diximus de sanctissima eius Matre, humilitatis, & obedientiae exemplum praereteret, legem approbaret, & occasione calumniae Judaeis tolleretur: quae praestitit per oblationem sui in Templo.

Postquam narravit Lucas, Parentes Jesu ipsum tulisse Jerusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini, e vestigio subdit: Et ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, & homo iste justus & timoratus, expectans consolationem Israel... Et cum induceret puerum Jesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: Et ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum, &c. Hinc quaestio est, quis fuerit iste Simeon, an Sacerdos, an Laicus?

Dico 1. Simeon, qui Jesum excepit in ulnas suas, non erat Sacerdos, sed vir laicus. Prob. 1. ex silentio Lucas, qui cum alias Simeonis qualitates accurate describeret, nihil de eius Sacerdotio dicit. Item ex silentio utriusque Ecclesiae Graecae & Latinae, quae in suis Officiis & Martyrologiis Simeonem a Sacerdotio non commendant. Idem dic de SS. Patribus, quorum nullus Sacerdoti Simeonis meminit: imò Theophylactus enarrat, in cap. 2. Lucas, & Euthymius in 4. Evangel. c. 3. disertè dicunt, Simeonem fuisse laicum. Prob. 2. Sacerdotis in interiori parte templi pueros de manibus parentum acceptos offerebant, nec nisi post purificationem matrum: ante enim matres omnem sanctum non tangebant, nec ingrediebantur in sanctuarium, Levit. 13. Atqui Simeon occurrit Parentibus Jesu ante fores, aut in foribus Tem-

Theol. Billuart. Pars Tertia.

pli; id enim aperte indicant verba Lucas: Et ecce, inquit, homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon: haec verba indicant rem novam & insolitam, quod non dixisset Lucas de Sacerdote: Et cum induceret Puerum Jesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in ulnas suas: nondum ergo induxerat, nondum facerant secundum consuetudinem legis: sicutque ante fores vel in foribus ante Purificationem Matris.

Dices: S. Aug. serm. 13. de Temp. dicit: In Templo presentabatur, & a Simeone sene annoso, probato, coronato agnoscebatur; atqui per to coronato nihil aliud videtur posse intelligi, quam mitram Sacerdotalem: ergo. R. N. Min. Quidam dicunt, per to coronato Augustinum alluisse ad haec verba Ep. Jacobi c. 1. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae; sicutque intellexisse non coronam sacerdotalem aut aliam temporalem, sed coronam vitae aeternae, quam repromissit Deus diligentibus se. At forte non absurdè quis intelligit to coronato de defectu capillorum in vertice capitis, ut frequenter senibus contingit, ex quo fit quaedam corona: id quo indicare videntur verba Aug. sene, annoso, coronato.

ARTICULUS III.

De Fuga in Aegyptum.

Uo hic potissimum inquirimus, 1. undè & quando S. Joseph cum Maria & divina Prole profectus sit in Aegyptum? 2. quandiu sacra Familia commorata sit in Aegypto? Quasdam etiam quaestiones incidentes resolvemus.

Dico 1. S. Joseph. cum Maria & divina Prole profectus est de Nazareth paulo post Purificationem B. Virginis, & oblationem Jesu in Templo. Prob. secundum Lucam 2. Ut profectus omnia secundum legem Moysi, (id est, statim ac profectus) reversi sunt in Galileam in civitatem suam Nazareth. Antè vero illud tempus non acceptat Joseph mandatum ab Angelo fugiendi in Aegyptum: cum enim ex Matth. 2. statim ac accepit, eadem ipsa nocte consurgens recesserit in Aegyptum cum Maria & ejus Prole, non potuissent adesse Jerusalem quadragesima die a Nativitate, ad perficiendum officium Purificationis. Ex quibus sequitur, quòd nec Bethlehemi nec Jerusalem accepisset istud mandatum, sed Nazareth, undè profectus est post Purificationem. Quod posset opponi ex Matth. mandatum fuisse datum Josepho fugiendi statim post discessum Magorum, solutum est art. 3. praeced. Diss. post probationes.

Dices insuper: Regressus in Nazareth post Purificationem, de quo loquitur Lucas, non fuit praecipis, quem statim exciperet fuga in Aegyptum, sed fuit constans & perpetua Nazarethi habitatio Christi unà cum Maria & Joseph; postquam enim dixit Lucas v. 39. Ut profectus omnia secundum legem Domini reversi sunt in Galileam in civitatem suam Nazareth, immediate subjungit v. 40. seq. Puer autem crescebat & confortabatur plenus sapientia: quae verba indicant non transeuntem, sed permanentem Nazarethi habitationem: Ergo. R. Evangelistas in suis narrationibus non semper servare ordinem, quo res gestae sunt, ut patet ex instanti praecedenti, & posset pluribus aliis exemplis probari: cum ergo Lucas omittat fugam in Aegyptum, quam refert Matheus, hic inferenda est, & verba objecta intelligenda sunt de habitatione Christi Nazarethi post reditum ex Aegypto.

Sed petes: Quid fuga opus? Duo enim videntur obstat. 1. Christus Dominus omnipotens poterat aliter furorem Herodis declinare. 2. Si, ut contendimus, erat tunc Nazareth, poterat ibi tuto manere, aut in alio loco Judaeae, cum Herodes jussisset tantum occidi Infantes Bethlehem, & in omnibus finibus ejus. R. ad 1. (Ib. q. 35. art. 4. o.) quòd non conveniebat, Christum adhuc infantem per se edere miracula; tum quia in similitudinem hominum factus voluit habere infantium similem infantiae aliorum hominum; tum quia, si per se fecisset miracula, derogasset fidei humanitatis, (Ib. ad 3.) & Judaei existimassent, Incarnationem esse phantasma, atque antè tempus opportunitum ipsum cruci affixissent livore liquefacti; tum quia si in prima aetate fecisset miracula, Judaei non indignissent alio manifestante, cum tamen Joannes B. p. dicit Joan. 1. Ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Insuper Christus arripuit fugam, ut ostenderet se vitam pauperem, arumis & periculis plenam assumpsisse, & nobis daret exemplum fugiendi instante persecutione.

Ad 2. Quamvis Herodes jussisset, occidi Infantes Bethlehemi tantum & in ejus finibus, variis tamen aliis artibus & modis per universum Regnum suum ipse cum Sacerdotibus & Scribis, qui pariter fuerant turbati, insidiabatur vitae Infantis, ut scribit Hieronym. l. 1. Comment in Matth. praesertim postquam vulgata sunt, quae dixerant, & praedixerant Simeon & Anna die Purificationis. Quapropter nullus Infantis locus tutus erat intrà fi-

S 2

nes

nes Regni Herodis, qui dominabatur non solum in Judaea...

At, inquit, si tot inquisitiones dicebat Herodes, quare non...

Si ulterius petas, quare mandatum fuit fugere in Aegyptum...

Dico 2. Sacra Familia commorata est in Aegypto non 9, aut 7...

Dices, non constare Josephum rediisse in Galliam statim...

ARTICULUS IV.

An & que miracula patrata sint, ingrediente Jesu in Aegyptum?

Baronius ad ann. Christi 1. duo narrat, & approbat, videlicet...

Dico. Quamvis haec duo miracula ut certe vera non asseramus...

monium esset, remansit ibi, fidelesque morbis liberavit. Atque in...

Nicephorus l. 10. c. 31. postquam retulit, quae narrat Sozomenus...

Evagrius in vitis Patrum l. 2. c. 7. dicit: Vidimus, & alium...

Dicit Serius, has auctoritates non facere fidem integram...

Oraculum autem Isaiae, quod afferunt isti Auctores, hoc est...

Verum esto S. Hieron. per Aegyptum intellexisset mundum...

Prob. 2. Ex Eusebio. Is l. 6. Demonstr. Ev. c. 2. expendens...

Prob. 1. Quasi. 38. art. 1. o. Conveniens fuit, Joannem...

Prob. 2. (Ibid. art. 2. o.) Baptismus Joannis gratiam non...

Prob. 1. Ut Christus manifestaretur in Israel, propterea veni...

Dico 2. (Ibid. art. 2. o.) Baptismus Joannis quantum ad ritum...

Dices: Marci 1. dicitur: Fuit Joannes in deserto baptizans...

de 2. dixerit, quod ad verbum sortita esset exitum, qui solum 1.

Instat Serius. Eusebius dicit quidem, daemones in simulacris...

Urget Serius. Ipso Baronio teste, Aegypti idololatria, illiusque...

ARTICULUS V.

De caede Infantium, & vite Christi instituto usque ad suum...

Tria hic breviter resolvenda occurrunt. 1. Quandonam Herodes...

Dico 1. Herodes eadem Infantium edidit, non biennio post...

Prob. 2. Ex Eusebio. Is l. 6. Demonstr. Ev. c. 2. expendens...

Prob. 1. Quasi. 38. art. 1. o. Conveniens fuit, Joannem...

DISSERTATIO VI.

DE JOANNE BAPTIZANTE, ET CHRISTI BAPTIZATO.

D. Thom. QQ. 38. & 39.

ARTICULUS I.

De Joanne baptizante.

Occurrunt hic discutienda, 1. Utrum fuerit conveniens, Joannem...

Dico 1. (Quasi. 38. art. 1. o.) Conveniens fuit, Joannem baptizare...

Dico 2. (Ibid. art. 2. o.) Baptismus Joannis quantum ad ritum...

Dices: Marci 1. dicitur: Fuit Joannes in deserto baptizans...

variis criminibus accusatus, ut objecta dilueret, Romam apud...

Prob. 2. pars. Tunc indixit Herodes caedem infantium, quando...

Dico 2. Numerus Infantium occisorum est incertus, silentibus...

Dico 3. Christus usque ad suum Baptisma exercuit cum S. Josepho...

Si ulterius petas, quam artem fabrillem exerceat, an ferrariam...

Prob. 2. (Ibid. art. 3. o.) Baptismus Joannis gratiam non...

Prob. 1. Ut Christus manifestaretur in Israel, propterea veni...

ARTICULUS I.

De Joanne baptizante.

Occurrunt hic discutienda, 1. Utrum fuerit conveniens, Joannem...

Dico 1. (Quasi. 38. art. 1. o.) Conveniens fuit, Joannem baptizare...

Dico 2. (Ibid. art. 2. o.) Baptismus Joannis quantum ad ritum...

Dices: Marci 1. dicitur: Fuit Joannes in deserto baptizans...